





DISSE<sup>172.8</sup><sub>11</sub>RAT<sup>13</sup>TIO IN AVGVRALIS JVRIDICA

DE  
**RESIDVO PRETII**  
**EX FEVDO OB DEBITA**  
**FEVDALIA SVB HASTA VENDITO**

*QVAM EX DECRETO*  
MAGNIFICI JC<sup>14</sup>TORVM ORDINIS IN ACADEMIA VITEMBERGENSI  
PRAESIDE

**GODOFREDO LUDOVICO**  
**MENCKEN JC<sup>14</sup>To**

PAND. PROF. PVBL. COLLEGIORVM, QVAE VITEMBERGAE  
FLORENT, JVRIDICORVM, NEC NON JUDICI PROVINCIALIS  
IN MARCHIONATV LVSATIAE INFERIORIS  
ASSESSORE Etc.

*PATRONO ET STVDIORVM SVORVM PROMOTORE*

*AETERNVM COLENDO*  
AD D. VII. MAJ. MDCCXXVIII  
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS

**PRO LICENTIA**

SUMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA CAPESSENDI

*PUBLICE VENTILANDAM PROPONET*

**HENRICVS GOTTHELFF SCHMID**

J. V. CAND. ET ADV. LOCI.

VITEMBERGAE, EX OFFICINA JO. LVD. FINCELII.

CHRISTIANA MORTALITATIS TARDICY

INTEGRALIA  
AGNUS DEI  
OTIA ET TRANQUIILLITAS

EVANGELII  
CONCORDIA  
SACRAE SCRITURA

EXORDIUM

ALIAS  
TURBIDITATIS  
HONORIS

HERCULAE SCHMID



DISSERTATIO IN AVGVRALIS

DE

RESIDVO PRETII EX FEVDO  
OB DEBITA FEVDALIA SVB HASTA  
VENDITO.

---

§. I.



Irca frontispicium dissertationis nostraræ, paucis in genuinum notionum sensum inuestigare, non abs re esse, duximus, cum earum praestructa explicatio, et definitio, quaestiones praetudiciales totius disquisitionis absoluere uideantur; Proin ante omnia, quo nomine nobis *pretium, feudum, debita fudalia, subbastatio* denique *ipsa ueniat, strictim excutere allaborabimus.*

A 2

§. II.

## §. II.

**E**st autem *pretium*, pro subiecta, circa quam uersamur, materia, nihil aliud: *quam pecunia numerata rei emiae, vel uenditae, proportionata, consensu contrahentium ex ea elicita*. Diximus: *a) rei*; in sensu lato sumtae, quatenus res omnes licitas in commercio existentes, complectitur; diximus: *b) proportionata*, inde, quod *pretium verum*, *L. 55. n. de contrah. emt. iustum*, *L. 2. C. de Rescind. Vendit. certumque §. 1. I. de Emt. Vendit. esse, et in pecunia numerata confidere debeat*, *§. 2. I. b. t.* quodque hoc *pretium ad solam iustitiam commutatiuam referatur*, diximus *c) Consensu contrahentium*; uidelicet late spectato, ita, ut nonnunquam consensum alterutrius contrahentium eoactum, tanquam speciem agnoscat; ut tamen consensus uere adsit, ex facto praecedente aestimandus, quo ualeat regula: *quod quis uult in via, in termino quoque uenit, netesse est*, Fluit exinde: *Consensu antecedente perfecho, consequentem nonnunquam suppleri, et ad effectum deduci a tertio*, puta creditoribus, et Judice; Sequitur porro: factum *Judicis*, vel potius *Principis* nunquam excludi, si causae, rem circumstantes, e. g. *Salus Reipublicae &c.* id exigit, utpote qui pro re nata, exigente in primis salute reipublicae, *pretium rei certum statuere potest*, exemplum in annona caritate communii, ubi Princeps certum idque commune annonae *pretium stabilire potest*, ut ante aliquot annos in Saxonia usu uenisse, constat.

## §. III.

**H**is praefunctis, in promtu est distinctio *pretii a mercede, quod illo res ipsa, bac eius usus, aut personae opera*

## INAVGVRALIS.

opera aestimatur; a *Canone*, quod hic recognitionis dominii directi, vel superioritatis gratia datur; ab *honorario*, quod per id gratus animus in contractibus gratuitis significatur, quamvis nihil obstet, quo minus ex pacto eiusmodi contractui gratuito adiecto, conuentum exigi possit honorarium arg. L. 2. §. 24. ff. ui bon. rapt. l. 6. ff. pr. mand. BERG. Oec. Jur. Libr. III. Tit. II. n. 2. ad Tb. V. uti emenit in contractu commodati; a *valore*, tanquam continens a contento; et a *taxatione*, tanquam effectus a causa efficiente; ab *aestimatione* denique, tanquam effectus a modo.

### §. IV.

Ductu §. II. ad a.) distinguitur *pretium*, ratione obiecti pro subiecta materia, in *allodiali*, et *feudali*; ad e.) ratione *causae efficientis*, in *voluntarium*, et *necessarium*, hoc in *legale*, et *mixtum*; *voluntarium* quid sit, d. §. II. explanatum est; *necessarium*, hocque *legale*, quod uigore legis, urgente necessitate, et reipublicae salute, nullo contrahentium facto concurrente, solo Jus tuu Principis seu Judicis, inducitur, quale exemplum supra §. II. in fine allatum; *mixtum*, quod necessitate, lege, et consensu, licet coacto, quorum interest, efficitur, quale in subhastatione obuenit; *allodiali*, quod ex re *allodiali*, *feudali*, quod ex re *feudali* redigitur. De *necessario mixto*, eoque *feudali* impraesentiarum sermo nobis est instituendus. Est ergo hoc, *pecunia rei proportionata*, *ex re feudali*, urgente necessitate, et *ad stipulante lege*, *consentientibus*, quorum interest, ad delenda debita *feudalia*, per subhastationem redacta.

A 3

§. V.

## §. V.

**D**iximus: *ex re feudalī*; unde haud difficile collectu est, quo sensu nobis impraesentiarum *et* *feudum ueniat*, uidelicet per *feudum nihil aliud indigitamus*, *quam rem ipsam immobilem*, *ex beneficio Domini directi*, *uasallo*, *sub lege fidelitatis mutuae*, *plenissime utendam fruendam*, (*dominium utile exercendum*;) *concessam*, quae definitio uti *I. F. 4. II. F. 8.* fundata, ita cum *DVAREN*, *HORNII*, aliorumque definitionibus et descriptionibus coincidit. Qua ratione pro contractu *feudali*, aut pro *Jure in re feudalī*, aut pro *iure*, quod *senior*, seu *dominus directus*, aut *uassallus* in *feudo* *habet*, aut *toto potestatiuo*, seu *composito ex uariis iurium*, seu *poteſtatum* (*in re*, *et ad rem*) *aut habitudinum moralium figuris*, aut denique *pro relatione illa inter Dominum et uassallum*, *Dominum et rem*, *uassallum et rem*, *accipiatur*, *otium nobis facit laud*, *HORNIVS Jurisprud. Feud. c. II. §. 7.*

## §. VI.

**D**e deriuatione caeteroquin uerbali parum solliciti, cum omnia fere compendia pro ingeniorum uarietate iis repleta sint, e quibus, tanquam ex lance fatura, quisque pro libitu, quae ad palatum est, eligere potest; Nobis eorum arridet opinio, qui *feudum a fide dictum autu-mant*, utpote quae in *lege ipsa II. Feud. 3. in fin.* fundata reperitur, et ab *essentia rei petita* probabilior uidetur,

## §. VII.

## §. VII.

**Q**uin potius ad rem ipsam proprius accedentes, si *naturam*, et *indolem* debitorum feudalium paullo penitus prius inspiciamus, subhastitutionisque definitionem praestruamus; consistit autem *natura debitorum feudalium* in primis in eo, ut *substantiam feudi afficiant ipsam*, et *transcant cum feudo, nedum, contra agnatos,* (addo, *simultanei inuestitos*,) sed etiam *contra dominum, cui feudum aperitur*, et *tertium possessorem quemcunque, uti nostro iudicio* DAN. MOLLERVS ad Conf. Elect. P. II. Constat. XLVI. §. 4. ex BARTH. CAMERAR. recte ostendit, ex qua facile iudicatu est, qualem debita feudalia definitionem admittant. Sunt igitur *debita feudalia eiusmodi, uasalli pariter, ac feudi nomina passiva realia,* (analogice plerumque *talia*,) *quae ut realia, et ad instar hypothecae ipsam feudi substantiam afficiunt, ut ex eo, quamvis ad dominum, agnatos, et simultanei inuestitos, imo tertios translato, necessario sint exsoluenda, dicuntur alias onera feudi, Lehn: Schulden/* B. HORN. Jurisprud. Feud. c. XXI. §. 2. *Lehns: Burden.* NAEV. Jus Feud. c. 15. §. 1.

## §. VIII.

**D**ictum est in definitione §. VII. esse debita *uasalli, & feudi*, inde, quod, *uassallus tanquam possessor feudi, ea teneatur soluere, quamvis illa ipse omnino et semper haud aquam contraxerit.* Ergo igitur, *nullum esse feudi onus, quod non simul sit feudatarit, & rursus nullum feudatarii, quod non etiam feudi sit, et magis quidem etiam huius, quam feudatarii, utpote, cui propter feudum incumbit, uti concludit laudatus MOLLERVS c.l. §. 6. quam ultimam tam*

men

men regulam cum grano salis esse accipiemad, existimamus, ita, ut non includat onera uassalli, quae propter fructus feudi, et obligationes personales, simpliciter praefstat, de quibus latius §. sequenti X. Dicatum: *realia*, quamvis non semper *absolute*, sed potius *iuris intellectu* talia sint, quapropter ea ad instar hypothecae ipsam feudi substantiam afficere, non citra rationem dictum, non quod hypotheca semper adsit, sed quod in effectu debitis hypotheca munitis, certo modo analogice aequiparentur, siquidem sequuntur successorem feudalem, et ex feudo necessario sunt soluenda. Conserri meretur STRYK. *Disp. de hypotheca tacita in feudis Germ.*

## §. IX.

**T**riplicem classem horum debitorum feudalium com-mode posse constitui, existimamus, *prima*, quae sistit debita, quorum nomine feudum consensu domini, et si quando opus est, agnatorum simultaneaque inuestitorum est oppignoratum, seu expressa hypotheca grauatum, STRVV. *Syntagm. J. F. c. XIV. th. IV. Secunda*, prodit illa, quae ob rem in feudi substantiam uersa a Domino et successoribus, agnatis et simultaneis inuestitis, tertiusque possessoribus ex quasi contractu, uid. HORN. *Jurisprud. Feud. T. XXI. §. 1. seqq.* puta si feudum ad ipsos deuoluatur et ab ipsis occupetur, exsoluenda uenient, *tertia* producit ea, quae ob fauorem causae ex feudo debentur. laud. STRVV. c. l. th. 6.

## §. X. Di-

## §. X.

**D**iximus antecedenti §. IX. esse debita in feudi substantiam uersa; Inde fluit: excludi debita, quae Vafallus respectu praestationum personalium, quamvis ea intuitu feudi praefest, uel fructuum, utpote qualitatem feudi non habentium, quos percipit ex feudo, contraxit; quorsum pertinent debita, uel ad praestanda seruitia feudalia, tum, quia seruitia praestanda e fructibus, tum, quia principaliter hoc debitum, ob domini utilitatem contractum, tum, quia magis dicendum onus prouinciale, quam feudale, ratio: quia principaliter uersum in utilitatem prouinciae; uti ex Cz. eleganter docet ZIEGLER. in Diff. de debitis ex feudo soluendis §. 34. uel ad messem, collectionemque fructuum erogata, uel ad exsoluendas collationes promissas, (Praefent-Gelder) uel ad praestandas collectas extraordinarias, uel denique ex fideiussione pro domino directo, Seniore, a Vafallo, contracta, utpote quae, uti mere personalia, uel intuitu fructuum mutuata, ita personam uafalli, eiusque haeredes haudquaquam egredituntur. N&v. Jur. Feud. C. XV. §. 1. Resert quoque huc laud. ZIEGL. l.c. expensas, a Vafallo, ob feudum temere factas, mercedem habitationis, das Haufz. Geld/ quam petunt uiduae pro mansione, donec uiuant, utpote quae nullam cum dotalito habet conuenientiam. Quid tamen in Saxonia, ratione derer Praefent-Gelder / in specie sancitum, de his audeatur Decis. Elect. XXXII.

## §. XI.

**P**rima classis Jure Communi feudali solum cognita,  
STRVV. c. l. C. XIV. §. 4. Conf. RHET. Comm. Jur. Feud.

B

L. l. T.

*L. I. T. VIII. §. 20. seqq. et quos ibid. allegat. Exceptis casibus meliorationum, II. F. 28. Si Uafallus. II. F. 8. c' contrario , et praestationis alimentorum inhabilis , I. F. 6. §. mutus. B. HORN. J. P. Feud. c. XXI. §. 4. reliqua debita, quorsum secunda, et tertia classis pertinet, tractu temporis, primario Neapoli, et in regno Siciliae partim introducta, sensimque ubique fere , in primis uero in Germania, recepta, quod ex doctrina ANDREAE de ISERNIA, et MATTH. de AFFL. post HEIG. THOM. tradiderunt saepe laud. STRVV. et HORN. c. I. de quibus sedulo notandum, primae ultimaeque classis debita, tantum in subsidium, excusso prius allodium a Domino , agnatis, simultaneeq; inuestitis, si feudum ad ipsos devoluatur, exsoluenda esse, arg. Nov. 4. c. 2. RICHT. Decis. L. XXVII. n. 7. seqq. STRVV. c. I. §. 24. Secundae classis debita, immediate ex feudo soluenda esse uidentur, quam doctrinam supra laud. RHETIVS c. I. §. 21. contra SCHRADERVM defendit , quamuis in dubio qualitas debitorum feudalium, affirmantibus probanda ueniat. MEV. P. II. Dec. 124. utpote quae, pro locorum , morumque diueritate, in dubio haud quamquam presumitur.*

### §. XII.

**I**n Saxonia res expedita est, quae debita feudalia immediate, excusso non prius allodium, ex feudo a successoribus feudi soluenda sint, ubi in regula praefruitur, quod successores feudi defuncti antecessoris feudi possessoris, seu uafalli, debita exsoluere non teneantur; exceptiuntur tamen ab hac regula, debita successorum feudi consensu contracta, si quando eapropter feudum rite oportinoratum, deinde pecunia elocandis filiabus , aut sororibus,

ribus, uel oneri dotalitio dissoluendo, accepta, aut alias in utilitatem feudi uersa, his enim, & similibus casibus, aes alienum a successoribus feudi, non allodialibus soluendum. Huc quoque pertinet, a uafallo, ad coemenda bona feudalia, aliunde acceptum mutuum, si ad solutionem pretii illorum, et non alios usus expenderit, nec tamen ipsem illud, uel totum, uel pro parte creditori reddiderit, a successoribus feudi exsoluendum, exceptis his, et similibus casibus ( puta si pecunia in utilitatem substantiae feudi uersa, quo pertinet *secunda classis s. IX. alata*) filii uel agnati, uel simultanei inuestiti, aes alienum ex feudo, uel eius fructibus, ut dissoluant, haud quaquam adiunguntur, uid. tot. *Conf. Elect. XLVI. P. II. add. CARPZ. ad h. Conf.* ubi et limitationes reperiuntur.

## §. XIII.

**T**ransimus ad *subhaftationem*, ab *hasta* potissimum de-  
ducendam, utpote quae apud Romanos ueteres, pa-  
riter ac alias gentes nonnullas, signum publicae et sole-  
mnis uentionis adhibita. Romani *hastam* transtule-  
runt in forum, ac, cum publica uenditio, uel locatio in-  
stituenda esset, in medio eius posuerunt, atque ita sub ha-  
sta uenditio, seu locatio celebrata est, ut ex *L. fin. C. Si  
praef. publ. penitiat.* colligit cum illis, quos citat *PHILIPP.*  
*in Tract. de Subhaft. praef. Comm. II. §. 9.* ita et olim in uen-  
tionibus, res magni momenti *hasta*, mediocres *virga*,  
minimae *calami*, uel *stipulae* interuentu traditas, ex *LEH-  
MANNI Chron. Spir.* commemorat *GEORG. BEYER in Spe-  
cim. Jur. Germ. C. XIX. §. II.*

## B 2

## §. XIV.

## §. XIV.

**D**efinitur *subhaſtatio*, quod sit bonorum a magistratu rite ſo-  
lemniterque publice facta uenditio, ex qua de uero conſet  
preſcio, emtoresque plenifimam ſecuritatem conſequantur. *Jure  
Ciuiili introducta*, laud. PHIL. I. c. commat. IV. §. 2. Dicitur *uenditio*, inde, quod conſensus debitoris, et eorum, quorum  
interēſt, adſit, quamuis quodammodo coactus, ex facto  
tamen antecedente aſtumandus per regulam §. II. allata.  
Diuiditur in *necessariam* et *uoluntariam*, illa, quae ex legi  
praecepto uel decreto iudicis fit, (concurrente in primis  
necessitate) haec, quam quis, nullo iure cogente, ex mera  
eaque libera uoluntate ſuſcipit, fit, uel ad indagandum uerum  
preſtium, ſimpliciter citra traditionem, et adiudicationem,  
quae et ad unius partis instantiam rite perpetratur, uel  
utriusque finis impetrandi gratia, PHILIPP. Cap I. Comm.  
III. §. 3. seqq. conf. §. 25.

## §. XV.

**N**on incongrue hic quaeritur: *utrumne ad subhaſtati-  
onem hanc, seu alienationem necessariam fendi cuius-  
dam debitis feudalibus granati, Domini diretti opus sit  
conſensu?* Huius quaestioniſ decisionem facillimo nego-  
tio ex ipſa definitione subhaſtationis §. antec. XIV. allata,  
diuicandam eſſe duximus, ſi genus definitionis: *VEN-  
DITIONEM*; eiusque naturam et ſubſtantiam quodammodo  
mente agitemus, quae conſiſtit in eo, ut *omnis uenditio*,  
*domini praevio fiat CONSENSU declarato l. 9. π. de con-  
trab. emt. secundo, quod domino in feudo directum competat  
dominium*, II. F. 23. conf. STRVV. S. J. F. c. II. th. 3. tandem, ne  
*domino inuitio, alterius sanguinis obtrudatur uassallus*, II. F.

VIX

24. in

24. in fin. inde, quod in feudo uendendo, domini necefario sit adhibenda uoluntas, olim quidem neglecta II. F. 44. GOEDD. *Disput. Feud. VIII. th. 1.* sed uigore Confit. LOTHARII III. II. F. 9. et FRIDERICI I. II. *Feud. 52.* et 55. simpliciter necessaria, utpote ui quarum omnis feudi alienatio, totius sit, aut partis, uafallo interdicta. Idem obtinet. *Jur. Feud. Alem. c. XXVI.* nec non Saxon. c. LXIX. §. 20. Sed forte excipitur *necessaria uenditio*, uafallo permissa; uerum et haec, propter generalitatem textus. II. F. 55. in uerbis: uel *QVOCVNQVE MODO DISTRAHERE*, seu *ALIENARE*, omnino uetita reperitur, imo, nec pro anima, nec in piis causis, arg. II. F. 9. GOEDD. I. c. th. 2. conf. II. F. 55. Ergo certe concludimus: *ad necessariam feudi alienationem, quae fit mediante subhastatione, opus esse domini directi CONSENSU*; quam conclusionem, test. PHILIPP. de subhast. c. IV. Comm. XII. §. 1. LUDOV. POST. de subhast. *Insp. 18. n. 246.* conceptis uerbis defendit. Limitant tamen hanc regulam Doctores, si dominus in oppignorationem consenserit, I. 7. §. 1. π. de rebus eorum, qui sub tutel. HORN. J. P. F. c. XIX. §. 9. hic repeti possunt, quae de consensu antecedaneo §. II. allata. Verum, cum plane diuersa intercedat ratio inter Dominum, et pupillum, de quo lex alleg. 7. loquitur, et adsertum nulla lege feudali munitum sit, citataque I. 7. cautela commendetur, quod tutius quis fecerit, si prius Praetorem adeat, nostro iudicio, ipsimet tutius esse, censamus, ut et hoc in casu prius exploretur domini consensus, ne domino ignorantι alius obtrudatur uafalus, in qua sententia nec ipsum refragantem experimur laud. HORN. I. c. conf. tamen O. P. S. V. Tit. XL. §. 2.

## §. XVI.

**O**b similem fere rationem idem dicendum esse censemus de agnatis, simultaneaque inuestitis; de feudo antiquo textus expressus adest. *II. F. 39. et 45.* quod ad eius alienationem requiratur consensus agnatorum, licet uel maxime consentiat dominus, siquidem ad illos beneficium quandoque sit reuersurum, nec sufficit, ipsos actui alienationis fuisse praesentes, et tacuisse, sed necesse est, ut uerbis, uel facto aliquo consensum suum declaruerint. *TIRAQVELL. de retractu gl. 9. n. 150.* *HARTM. PIST. Lib. II. qu. 7. n. 1.* aliique, quos citat *Joh. GOEDD. Disput. Feud. VIII. tb. 13.* In feudo uero nouo, tam hereditario, quam ex pacto, et prouidentia, sive testamento, sive actu inter uiuos alienato, solum consensum domini sufficere statuunt. *STRUV. S. J. F. c. XIII. tb. XIV. no. 1.* nec non laudat. *GOEDD. I. c. ita,* ut ab iis, nec a filiis possit reuocari, sed soluere teneantur debita, pro quibus feudum oppignoratum domini permisso. *De Marchia, et aliis locis,* ubi feuda tenentur in subsidium, agnatos et simultanei inuestitos necessario in alienationem consentire teneri, testatur *RHETIVS Comment. in Jus Feud. L. I. T. VIII. §. 37. p. 337.* conf. *Conf. Elect. Sax. XLVI. P. II. O. P. S. V. T. XL. §. 6.*

## §. XVII.

**Q**uum igitur id fiat, et feudum in primis antiquum propter debita feudalia, in quae Dominus pariter, atque Agnati, et simultanei inuestiti consenserunt, uel ita sint comparata, ut necessario ex feudi substantia soluenda sint, sub hasta necessario uendatur, deque pretio inde redacto, exsolutis

tis prius debit is feudalibus, substantiam feudi stringentibus, aliquid super sit, quaestio exoritur: CUI ID CEDAT? Antea, quam ad hanc quaestione m decidendam accingamur, praefruendum est: pactum expressum, ut residuum pecuniae uel in feudum convertatur, uel in emtionem alterius feudi collectetur; hic ab agnatis, et simultaneo inuestitis, uel cum, uel sine consensu domini directi, antequam feudum sub hasta uenderetur, non accessisse; Communi Doctorum suffragio in genere hoc pretii residuum debitori, ad reliqua debita inde soluenda, ino et heredibus ipsis allo dialibus adiudicatur. VULTEJ. de Feud. L. I. c. 5. §. 10 MOL LERVS ad Conf. Elec. P. III. Conf. XXX. §. 3. seqq. BER LICH. P. III. Conclus. XLI. §. 5. seqq. et quos ibidem magno agmine allegat, addatur MATTH. WESEMB. Tract. Feud. C. VII. §. 9. MYLII diff. de feudo in pecunia consistente, vom Lehn: Stam. C.V. §. 28. seqq. LYNCKERI Disp. de feud. pecuniarior. §. XXVII. Conf. Conf. Elec. XXV. P. II. arg. C. XXX. P. III. Ord. Proc. Sax. Ver. Tit. XLV. §. 10.

## §. XVIII.

**V**nde cautela simultaneo inuestitis commendari uide tur, ut uentionem feudi impedian, aut, si non a liter possint, ipsi soluant debita feudalia, id quod in Saxonie Ord. Pr. Recogn. ad Tit. XL. §. 3. in uerbis: Es bleibt auch denen Mit-Belehnten ic. simultaneo inuestitis, eousque integrum est relicturn, donec terminus licitationis adsit, hoc effectu, ut hac conditione, adiudicationem feudi plane impedire possint.

## §. XIX

## §. XIX.

Sed enim uero isthaec communis sententia, non sat i-  
doneis niti uidetur rationibus, ita enim debitoris con-  
ditio fit melior; nam quid satius contingere possit debito-  
ri, quam si, deductis debitibus feudalibus, saepe non exi-  
guam pretii residui partem, tanquam praecipuum, reti-  
nere, et in suos usus, uel ad soluenda debita allodialia  
conuertere possit, cum tamen saepenumero eiusmodi  
debita allodialia ad luxum, compotaciones enormes, com-  
cessiones, ludos illicitos, et huius generis alias uolun-  
tuarias expensas sustinendas, contraxerit, siveque mani-  
festo usu ueniret, ut eiusmodi farinae uasallo, pileo saepius-  
cule flauo digno, dolus suus proficiat, et cum alterius damno,  
si non locupletior fiat, conditionem tamen meliorem experia-  
tur, quod tamen iura detestantur l. 134. π. d. R. J. E contra-  
rio uero agnatorum, simultaneaque inuestitorum conditio pa-  
lam existaret deterior, cum non teneantur soluere, nisi, in  
quae consenserunt debita. Const. Elect. XLVI. P. II. (et quae  
sunt ita comparata, ut ex feudi substantia necessario sint  
exsoluenda) eaque non prius, quam feudo ad ipsos deuo-  
luto, ut taceamus, multa debita feudalia, huius esse generis, ut  
excusso demum allodio, sint exsoluenda, insuperque hac con-  
ditione, iure simultaneae inuestiturae, plane excidant, simu-  
tanee inuestiti, utpote quod per alienationem perit, et prorsus  
eueritur, cum tamen alteri, per alterum, iniqua conditio  
baud quicquam inferri debeat, l. 74. π. d. R. J.

## §. XX.

## §. XX.

**Q**uae cum ita sint, non abs re esse putauimus: si communis opinionis rationes paulo penitus excutiamus, et, *utrum firmo nitantur talo?* quodammodo dispiciamus. Dicunt, qui hoc pretii residuum debitori, eiusque haeredibus adsignare satagint: I.) Per rei naturam esse impossibile, ut pretium in feudis succedere possit loco rei, *idque propter diuersam rei obstantem naturam, et qnod in singularibus hoc nequaquam possit contingere, quin potius simultaneam inuestituram per alienationem subbataremque exspirare.* HARTM. PISTOR. P. II. Qu. XXVIII. n. 55. Idcirco aequa impossibile esse iudicant: pretium eiusmodi residuum, ex feudo per uenditionem redactum, agnatis cedere posse, simultaneaque inuestitis, sed debitori potius ad delenda debita allodialia esse proprium, in primis, cum II.) O. P. S. R. Tit. XLV. §. 10. in uerbis: *Desgleichen wenn das Lehn: Guth &c. conceptis uerbis caueat: ex residuo esse soluenda debita allodialia, addatur ZIEGL. ad. l. c. CARPZ. P. III. c. 30. d. 1. MARTINI ad. b. l. aliisque.*

## §. XXI.

**A**ntequam ad argumenta contrariantium respondeamus, praestruendum uidetur: *hanc quaestioneum, quae nobis impraesentiarum decidenda uenit, quatenus in §. XVII. in medium allata, in Jure Feudali Communi, quantum nobis quidem constat, nufpiam inueniri decisam, idcirco rationes ab aequitate naturali, analogia Juris Feudalis, materiae in primis subiectae natura, confuetudinibus cuiusuis loci*

C

speci-

specialibus, et denique in subsidium uocatis legibus ci-  
uilibus, eruendas esse, II. F. i. FINCKELTH. Disp. i. con-  
trou. 9.

## §. XXII.

**P**roin ad regulam I.) §. antec. XX. allataim, respon-  
demus: posse forte illam in alienatione feudi uolunta-  
ria, et non absolute necessaria, plenissime consentientibus  
Domino directo, agnatis, simultaneaque inuestitis, suscep-  
tacum inuenire, si alienationem, citra reservationem iuris  
sui, perpetrare permiserint agnati simultaneaque inuestiti,  
tunc enim hi satis de iure suo certiorati, et tamen con-  
sentientes, potius forte iuri suo renunciaſſe censeri pos-  
sint, cum haud quaquam contradicant, cum contradice-  
re ipsis plane pleneque integrum fuisset, et alienatio-  
nem, citra urgens necessitatis telum, admiserint, quo  
casu potius forte liberales iudicari, et donasse, praesumi  
poterant arg. I. 120. π. de legat. et fideicomm. conf. I. 88. §.  
14. π. de legat. II. et, nisi omnia fallunt, huc trahi posse ui-  
dentur uerba Conf. Elect. Sax. XXV. P. II: Wenn ein  
Lehn-Guth mit Consens des Lehn-Herrns und Mit-Be-  
lehnten NB. darzu verordnet / daß es denen Gläubigern  
zum Besten soll verkauffet werden/ auf dem Fall ic.

## §. XXIII.

**Q**uod tamen plane fecus in alienatione necessaria, pro-  
pter debita feudalia urgentia, suscepta, siquidem ne-  
cessitas nullas omnino admittit leges; Evidem consenti-  
ent adgnati, et simultanee inuestiti, sed coacte consenti-  
ent, cum alienationem euitare haud possint, coacta ue-  
ro

ro uoluntas , utpote per se restrictiuæ capienda, non ultra extendi potest, quam mens , et intentio agnatorum, simulanteeque inuestitorum permittit, in primis cum in Jure Feud. eiusmodi consensus agnatorum, et simulantee inuestitorum, ne praeiudicium iuris sui sentiant, adeo stricte sit accipiendus , ut si uel maxime contractum alienationis subscriperint, tamen pro consentientibus in alienationem haud quaquam reputentur , siquidem semper intelligi debet tacita clausula : *Salvo iure meo;* ANT. Disp. X. Tb. VI. lit. b. conf. HORN. J. P. F. C. I. §. LXVI. ubi ostendit, in Jure Feud. in doctrina, ubi de uoluntate etiam generali declarata agitur, locum sibi uindicare restrictiuam interpretationem , et ex SCHRADERO docet, non omnia, quae sub uerbis comprehenduntur, pertinere ad mentem. Jam uero conferunt hic agnati, et simulantee inuestiti in alienationem, non ultra, quam propter debita feudalia urgentia, suscipiendam, ne quicquam uero propter debita allodialia; Ergo manifesto liquet, consensisse eos tantum , in exsoluenda illa , haec uero neutiquam. Sicque in aprico est, noluisse residuum pretii, ex feudo , per uenditionem sub hasta, redactum, adsignari debitori, ad soluenda debita allodialia, idque eo minus, quo minus quis in dubio suum iactare l. 25. π. de prob. multo minus in easu necessitatis quispiam liberalis praesumitur, HARTM. PIST. P. Obscrv. For. 144. n. 49. utpote quae necessitas impedit , quo minus actus, in quem quis consentit, donationem inuoluere possit. Pertinet huc omnino L. 92. π. de legat. ubi disertis uerbis sanctitur, quod consentiens in alienationem rei fideicommissariae, propter aës alienum haereditarium, sibi non praeiudicet in fidei-

fideicommisso petendo ex pretio inde redacto BEROJVS  
*Vol. I. Cons. 64. n. 15. seqq.* argumentum uero a fideicommissis ad feuda procedere , communiter a Doctoribus traditum reperitur. SCHRAD. *de feud. p. 10. Sec. 19. n. 115.*  
 MENOCH. *Consil. 334. n. 32. in fin.* RHETIUS *Comment. in Jus Feud. L. I. T. VIII. §. 35. p. 336.*

## §. XXIV.

**I**nde frustra sunt, qui ulterius urgent: *potuisse agnatos et simultane inuestitos, eadem facilitate, qua consenserant alienationi, ius de residuo pretii, ut iterum collocetur in feudum, sibi reseruare*; LYNCK. *Diff. de Feud. Pecun. §. 27. n. 4.* Respondemus enim: non opus erat reseruatione, cum per deducta ipsissima iuris assistentia tuti essent agnati simultaneeque inuestiti, satius enim in dubio , uti dictum , et in primis in casu necessitatis, iura sua integra manere , quam illis renunciatum esse uoluerant; Quid inde? Resp. Stare regulam ex iuris praeiunctione: *Noluisse agnatos, et simultanee inuestitos ulterius consentire alienationi, quam urgebant debeta feudalia*; eo usque integrum, atque inconcussam; donec de alia , eaque laxiori eorum uoluntate, probatione in contrarium admissa , liquid• constet.

## §. XXV.

**Q**uibus perspectis , facile patet, in cassum laborare eos, qui regerunt: *nihil relevare quicquam distinctiōnem, inter uoluntatem necessariam, et proprio motu interpositam, cum et actus ex necessitate iuris suscepri, ualidi omnino sint atque inconcussi, uelut ex MULLERI Pratica Marchica Resolut. XXXI. n. 49. urget laudat.* LYNCKER.

CKER l. c. n. 6. a ualiditate enim actus, ad ulteriorem, quam reuera interpositus est, consensum, haud quaquam ualeat consequentia, ratio: quoniam in alienationem ob necessitatem, uidelicet aes alienum dissoluendum, in primis tantummodo debita feudalia, consentiens sibi haud quaquam praeiudicat. §. XXIII. MANDELL. Conf. 105. n. 3. RHET. c. l. §. 35. ualidus itaque est, concedimus, actus feudi alienationis eousque, quo usque consensus est interpositus, et rei natura, pariter ac ea, quae rem circumstant, admittunt, quoad effectum exactiōnis pretii, a debitoribus allodialibus, inde redacti, in ualidus, quo usque consensus agnatorum, simultaneaque inuestitorum libere haud quaquam est interpositus. Iam uero consensus utro datus non est, quam in alienationem debitorum feudalium cauſa. Quid inde? Debebat fieri subbastatio feudi, iure agnatorum et simultaneae inuestitorum saluo; Der Mit: Belehnſchafft ohnbeschadet; nec amplius agnatis et simultaneae inuestitis praeiudicari, quam reapse conſenserant, ex quibus omnibus firmiter negamus: regulam supra de ualiditate actus, allatam, hic in subbastatione necessaria, quicquam operari, uel potius, si praeiudicium tertii concurrat, notabilem pati limitationem.

## §. XXVI.

**A**rgumentum ceteroquin, quod saepe laudatus LYNCK. ac l. n. 5. ulterius ad fert, nullam contrarietatem involvere, in subsidium tantum teneri, et in uenditionem feudi absolute consentire, cum hoc sit arbitrii, illud uero necessitatis; uel nostrum casum haud quaquam ferire uidetur, cum hic agnati; simultaneaque inuestiti, non absolute, sed tantummodo propter debita feudalia exsoluenda, in aliena-

alienationem consentiant, uel certum: consensum ex necessitate interpositum non esse meri arbitrii, sed auctoritate iuris coactum utpote qui non operatur ultra intentionem consentientis, arg. L. 19. in pr. π. de reb. cred. RHE T. c. I. §. 40. seqq. et quos ibidem allegat.

### §. XXVII.

**P**ossimus in his terminis, donec contrarium probetur, subsistere; sed enim uero, ut eo liquidius patescat, et rei, quam urgent, diuersam naturam, et singularitatem, band quamquam obstat, quo minus pretium, ex feudo, ob debita feudalia, per subhastationem, redactum succedat loco rei. Videamus, quid uendatur, si feudum sub hasta alienetur? Sane directum dominium; quod penes dominum stat? Neutquam; multo minus fides inter Dominum et feudatarium debitorem intercedens, primo: quod fides iurantis haudquam sit uenialis; secundo: quod et ipsa fides haud sit transitoria ad haeredes. LUDWELL. Tr. p. 328. STRYK. Ex. J. F. C. XVII. qu. 2. Multo minus ad tertios possessores, quamvis ea conditione tacite adiecta uendatur feudum, et nouus emtor, praeuiu*io* iuramento fidelitatis praestito, praeuiaque inuestitura, circa obiectum emtum, debeat fidem in posterum praestare, nec etiam inuestitura ipsa, quae dependet a uoluntate Domini, utrumne, si nouus emtor haud sit idoneus, illum de feudo nedito inuestire uelit. Proin securi fieri non potest, quin in nsumento et actu subhastationis feudi, et dominium directum, et inuestitura, fidesque denique ipsa, quatenus ad Dominum spectat, siveque recidatque ad Senorem, et eosque suspendatur de feudo, dones nonus uassallus emtor de super

super inuestiatur, fides autem antiqui uassalli debitoris, itidem penitus resoluatur, necesse sit; Quid ideo sequitur? nihil aliud: quam quod per subbastationem amplius nihil uendatur, quam simplex obiectum, et materia feudalis, et nihil quicquam uendatur eorum, quae feudo in forma sua, extra actum subbastationis, existente, singularia inhaerent, puta: inuestitura, et fides reciproca. Quis autem palpantibus, ut dicunt, manibus, non deprehendat: demta feudi, quae adeo periculosa uidebatur nonnullis, singularitate, nihil obstare, quod obicem ponat, quo minus pretium succedere possit in locum illius rei, ex qua erat redactum, et feudale euadere? quamuis properea non statim fiat *allodiale*, cum et *obiectum*, ex quo erat elicitum, non plane erat *allodiale*, correlatorum autem eadem est natura, et indeoles. *Obiectum feudale* hoc fine uendebatur, ut denuo euadat feendum, et soluantur exinde debita feudalia, pretium exinde redactum, eo fine exinde elicebatur, ut soluantur ex eo debita feudalia, non *allodialia*. Ergo utrumque erat non *allodiale*, sed *feudale*.

### §. XXVIII.

**V**iterius confirmatur nostra sententia, communī illo Doctorum assertō: *quod in uniuersalibus actionibus, et iudiciis*, pretium succedat loco rei *l. 2. π. de haered. et act. uendit. l. 22. π. de haered. petit. l. 25. eod. l. 70. π. in fin. π. de legat.* uti ex NEGVSANT. Tract. de Pign. I. Membr. V. p. 48. TIRAQVELL. de Retract. I. §. 32. Gl. I. n. 17. seq. DAN. MOLLERVS. I. Semestr. c. 41. n. 10. PHILIPP. Tract. de subbast. c. 4. comm. 18. §. 33. ostendit; Iam uero

nen-

uenditio necessaria sub hasta ex communi creditorum concursu  
 oriunda, est quoddam uniuersale, concursus iudicium ex-  
 inde enatum, ratione materiae, itidem est uniuersale, lau-  
 dat. PHILIPP. c. I. §. 34. Illust. de BERGER in Oec. Iur. L.  
 IV. Tit. XXXI. Th. 3. n. 2; Ergo infallibilis erit conse-  
 quentia; pretium, in hac uenditione sub hasta suscepta,  
 ex feudo redactum succedere loco rei, et eo usque gene-  
 ralis regula uera erit, donec de concursu, super feudo ex-  
 citato, aliud quidpiam doceatur; quod tamen ex iure com-  
 muni feudalii haud poterit probari, et per allata in §.  
 praecedenti, forte conatus foret frustraneus. Ut taceam-  
 mus: haudquaquam deesse, qui ad illustrandam nostram  
 sententiam non citra rationem adstruere satagunt: feu-  
 dum etiam in se spectatum, extra casum subhastationis,  
 rem esse uniuersalem, imprimis, si quando uilla, uel  
 castrum, non uero res singularis, in feudum fuerit data.  
 PAN. in c. XII. X. de Iur. Patron. n. 1. utpote quae opinio, uti  
 sua ratione haud uacat, quae exinde patet: quoniam e-  
 iusmodi feudum, iura uniuersalia, iurisdictionem, uenatio-  
 nem, et similia complectitur, quibus contentis, feudum,  
 ut continens, minus patere nequit, quo minus sit uni-  
 ueritas, uelut illa, quae continet, W E S E M B. T. II. Conf.  
 LXXIX. n. 9. HENNING. GOD. Conf. XVIII. n. 3. de pretio rei  
 feudalis. Ideoque ex eadem ratione, nec olim in Saxonia  
 dubitatum est, pecuniam ex feudo redactam, pro feudo es-  
 se habendam, nec computandam inter allodia, sed adfig-  
 gnandam successoribus feudalibus, uti laud. WESEMB. in  
 Tr. de Feud. c. VII. §. 9. olim in Saxonia ita pronuncia-  
 tum esse, adseuerat. Et sic quoque nihil erit, quod ob-  
 stet: quo minus argumentum a fideicommissis supra alla-  
 tum,

tum, ad feuda trahi possit, cum et hic iudicium unituersale, per deducta in censum ueniat, uelut contra laud.  
LYNCK. l. c. n. 2. omnino tenendum.

## §. XXIX.

Quo posito, haud difficile colligi poterit: expirare quidem hypothecas, et iura realia, per subhaftationem in feudo uendito, continuari autem in pretio exinde redacto; secus si statueremus, fieri haud possit, ut creditores, hypotheca gaudentes posteriores, praeferriri possint chirographariis anterioribus; unde et usitata est pronunciandi formula: Und werden demnach die Gläubiger vom Kauff-Gelde in folgender Ordnung bezahlet ic.; add. Conf. Elec. XXVIII. P. I. et omnino saepe laudat. PHILIPP. l. c. §. 34. Vbi elegantem hanc doctrinam, praetiudiciis adiectis, confirmat elegantioribus. Quibus rite perspectis, confidenter concludimus: Creditoribus in pecunia ex feudo, per subhaftationem, reducta, plus iuris competere non posse, quam habebant in feudo, antequam sub hasta uenderetur, ipso; Atqui uero creditoribus personalibus, feudatarii debitoris (sc. allodialibus) ius in feudo, antequam sub hasta uenderetur, competebat uel nullum, uel tantum in fructibus; Ergo plus iuris in pretio, exinde redacto, sibi sumere haud possunt, quam habebant in feudo ipso. Et iterum: Quicquid iuris agnati, et simultanei inuestiti, nec non creditores feudales habebant in substantia feudi ipsa, illud quoque in pretio, per subhaftationem, exinde redacto, retineant, necesse est; Atqui uero habebant it in feudi substantia iura

D

iura realia, uel analogice et effectu talia; Ergo quoque in pretio exinde redacto, eadem retineant, necesse est. Quae doctrina, ut si se ab aequitate, et analogia iuris commendat, cum feuda concedantur ad conseruationem familiae, qui finis uero facilius non obtinetur, quam si eiusmodi residuum agnatis et simultaneae inuestitis adsignetur, hoc effectu, ut iterum imputetur in feudum, et agnatis simultaneousque inuestitis confirmetur, ita in O.P.S.R. ad Tit.XL. §.3. adprobata uidetur, in uerbis: Nicht weniger wollen wir auch dasjenige / was im Tit. XLV. der Process - Ordin. §. Desgleiche wenn das Lehn-Guth ic. wegen Übermaasse des Kauf-Geldes / da ein Lehn-Guth/ Lehns-Schulden halber / zur Subhastitution kommen/ und daß davon auch alle andere Gläubiger befriediget werden solten/ enthalten/ hiers mit aufzgehoben haben/ und verordnen Kraft dieses / daß ins künftige von dem Kauf-Gelde eines subhastirten Lehn-Guths/ allein die debita seudalia bezahlet / die Übermaasse aber wieder zu Lehn gemacht/ oder an ein Lehn gewendet/ und die Mitbelehnten daran zur gesamten Hand gebracht werden sollen ic. Inmaassen auch/ wenn die Mit-Belehnten die gesamte Hand schlechterdinges/ und an dem ganzen Guthe erlanget/ nichts desto minder/ die darbey befindliche Erb-Stücke/ nebst denen Inventariis, und übrigen allodial-Vermögen/ hierüber auch so lange der Schuldeuer/ und dessen Leibes-Lehns-Erben am Leben/ die Zinsen von dem Residuo, oder die Fructus, des dafür neu erkauften Guthes/ zu Befriedigung dexter andern Schulden/ alleine anzuwenden ic.

§. XXX.

## §. XXX.

**O**bstante uidetur, quem urgent aduersarii, imprimis tex-  
tus §. II. F. 26. si uassallus. LYNCK. de feud pecun. §. XXVII.  
BERLICH. Part. III. Concl. XLI. n. 5. VVLTEJ. de feud. c. V. n.  
10. in pr. seq. ubi dicitur: quod uassallus transactionis nomi-  
ne acceperit, feudum non esse; et inde magno conatu,  
omnes in genere concludunt: pecuniam ex feudo uendito  
redactam, non esse feudalem; Ut uero taceamus: legem  
hanc per deducta §. XVII. XXII. XXVII. et XXVIII. ubi de uni-  
uersali eaque necessaria uenditione sermo est, casum nostrum  
plane non tangere, mirandum tamen est, tot, tantosque  
Viros falli in eo: quod a transactione, utpote qua<sup>e</sup> semper  
et omnino causam dubiam, circa quoddam obiectum, ad quem  
nimirum litigantium pertineat illud litis obiectum dubium,  
pro forma requirit l. i. n. de transact. concludant ad emti-  
tionem uenditionem, aliosque contractus similes, utpote  
in quibus obiectum certum et indubitatum in censum  
uenit, cum tamen plane diuersa intercedat ratio inter-  
transigentem, super re, et causa dubia, et inter uen-  
dentem rem certam. De feudo transigens sane quam  
de iure suo in feudo certus esse haud poterat, idcirco  
dubium relinquebatur: utrumne feudum unquam ad se perti-  
nuisse, iure praetendere poterat. Proin falsissimum est;  
quod accipiens pecuniam transactionis nomine, illam ex feu-  
do accipiat. Hinc itaque magna intercedit distinctio, in-  
ter pecuniam intuitu causae, uel obiecti dubii acceptam,  
utpote quae non necessario ex substantia rei dubiae, sed et  
aliunde comparari potest, et inter pecuniam, ex rei certae  
substantia, redactam. Deinde loquitur textus, de casu  
plane

*plane speciali, et particulari; tralatitium autem est: a singularibus et particularibus ad uniuersalia non ualere consequentiam; et sic exinde simul patet: legem strictissimam mereri interpretationem, et ad casus, ubi tertiorum, puta: agnatorum, et simultanee inuestitorum praeiudicium concurrit, haud quaquam esse extendendam, sicutque casum nostrum in Jure Feudali Communi, lege quadam certa, uel probante, haud quaquam inueniri decisum.*

## §. XXXI.

**N**ec argumentum a pecunia, in feudum conuertenda, quae nunquam fuit feudum, ad pecuniam ex feudo per subhaestationem redactam, deductum, per ea, quae latius iam supra §. XXVII. et XXVIII. tradita sunt, hic quicquam operari potest, imprimis propter diuersam naturam, et quod in illa nihil sit, cuius in locum succedat, quod tamen in pecunia ex feudo, per subhaestationem redacta, per tradita alleg. §. XXVII. et XXVIII. secus, in qua per supra allata, id quod feudale est, quodammodo retinetur, et continuatur. Nec releuare uidetur; deficere tamen, et in hac ultima pecunia, ex feudo per subhaestationem redacta, inuestituram, cum tamen tralatitii iuris sit, res nullas feudales fieri sine inuestitura, J.F. 25. et sic quoque nec eiusmodi generis pretium II. F. 26. §. si uassalus; Respondemus enim per tradita supra §. XXVII. plane eam pleneque deficere haud posse, sed tantummodo, donec per renouationem resuscitetur, quiescere, a quiete autem, ad rei cuiusdam non esse, haud ualeat consequentia, uti ex dominio uxoris rerum dotalium, durante matrimonio, liquido patescit. Ut taceamus, ad id, ut pe-

ut pecunia feudalis dicatur, non absolute requiri literas inuestiturae specialiores, nedum expressam eius pecuniae transmutationem, sed sufficere nudam schedulam, qua docetur, iuramentum pecuniae feudalis nomine esse praestitum, Ein bloßer Muthe: Zettul/ Dn. de BERGER. De cisi summi Prouocat. Senat. DXXVII. ubi rem praeiudicis illustrat. Insuper agnatis, et similtanee inuestitis, ius repetendi uel actio competit ad interesfe, ut eiusmodi pecunia residua, in feudum denuo conuertatur, uti ex mente legis et eiusmodi pretii natura facile diiudicari potest, arg. l. 6. §. 1. nr. de. V. S. Ergo itaque multo magis statuendum erit: residuum pecuniae ex feudo, per subhastationem, propter debita feudalia, uendito, redactum, feudale manere, agnatisque et similtanee inuestitis esse proprium, quin et inuestituram in quiete existentem per renovationem excitari posse, et multo minus, hoc in casu, aliqua opus esse transmutatione.

## §. XXXII.

Tandem ad II.) ad O. P. V. Tit. XLV. §. 10. Desgleich  
chen, wenn das Lehn-Guth. n. §. XX. supra allatum,  
coronidis loco, breuibus respondemus: Videri eam ua-  
lere in praeiudicium Domini, non agnatorum, et si-  
multanee inuestitorum, imprimis ob uerba finalia: Es  
soll aber gleichwohl die Hypotheca (tacita) uidelicet pupil-  
lis, et minoribus, in feudo tutorum, et curatorum, nec

D 3

non

non Ecclesias, scholis, Prochis (Hospitalien) olim competens) Denen Mit: Belehnten nicht zum Nachtheil gereichen; ex quibus luce meridiana clarus est: *presto eiusmodi residuo, agnatos et simultaneo inuestitos haud quicquam posse priuari;* quemadmodum iam olim Scabinos Lipsienses in Concurso Rudolphs von Bünau zu Pißschwitz / ad Senatum Appellationum Term. Mart. 1660. Nun mehr w. daß des Debitoris Lehn - Folgere mit Bezahlung der Kirchen, zu Göhda Forderung von denen Rauff: Geldern der Lehn zu verschonen, adiectis rationibus: Wann gleich die Kirche zu Göhda außm Lehn ein Ius tacite hypothecae erlanget / So ist doch solches denen Lehn: Folgern nicht praeiudicirlich / per text. O. P. Tit. XLV. in fin. accedit, daß die Kirchen-Forderung / nicht ex administratione debitoris, sondern ex mutuo herrühret / quo casu die tacita hypotheca in feudis auch in subsidium nicht statt hat; proniciaffe, testatur RIVIN. ad c. O. P. V. Enunc. XII. Reliqua, per dicta §. XXIX. textus O. P. V. Tit. XLV. §. 10. per O. P. R. ad Tir. XC. §. 3. plane abrogatus reperitur.

## §. XXXIII.

**L**imitatur ceteroquin regula in Saxonia. I.) in feudis alienabilibus, in quibus possessoribus liberior dispositio relictæ. II.) in feudis, in quibus, uigore pactorum, uel reversalium, quamvis illa haud quaquam confirmata fuerint, agnatis, simultaneaque inuestitiis, certa quadam pecunia feudalis (ein gewisser Lehn: Stamm) uel aliud quantum, (ein Lehn: Quantum) determinatum est, utpote quibus in casibus agnati simultaneaque inuestiti hac pecunia

## INAVGVRALIS.

31

nia uel quanto feudali in Saxonia contenti sint, pretique residuo excidant, sancitum legitur O. P. R. ad Tit. XL. §. 3.

### §. XXXIV.

Ceterum sententiam nostram in Marchia consuetudine receptam esse, testatur BRVCKN. Vol. I. Conf. L. n. 517. in uerb. *Nemo, qui usquam in foro nostro uersatus, inficiabitur, quod pecunia redacta ex feudo, nullo etiam pacto accidente, feendum permaneat;* quae uerba RHETIVS in Comm. ad Jus Feud. Comm. L. I. T. VIII. §. 39. p. 337. ita intelligit: ut pretium non formaliter sit feendum, siquidem inuestitura deficiat, sed ut pretium hoc, quod agnatos, feendum censeatur, ratione successionis, et illi non minus repertere, uel hoc sensu reuocare ualeant, ac rem ipsam feudalem, utpote ex quibus probatur: *quod et ibidem residui ex eiusmodi pretio non possint esse capaces heredes allodiales, sed pretium pertineat ad successores feudi,* idemque, idem illud, quod l.c. dictum §. 43. pag. 338. praeiudicio quodam de die 12. Sept. 1670. confirmat, quin imo saepe laud. LYNCK. in Disp. de feud. pecun. §. XXVII. p. 33. ex MULLERI Practica Marchica, de attestato quodam, Serenissimi Elect. Brandenb. his uerbis: *Wenn denn in unserm Thurfürstenthum Herkommens/ daß die Gelder / welche nach Besiedigung deren Creditorum, von denen verkauften Lehnen übrig/ den nächsten mitverämlten agnatis abgesolget/ und von Uns recognosciret werden müssen/ etc,* testatur, Quamuis in contrariam partem abire videatur.

### §. XXXV.

## §. XXXV.

**E**t haec, pro instituti ratione, in genere sufficientia dicta,  
De RESIDVO PRETII EX FEVDO, OB DEBITA FEVDALIA, SVB HASTA VENDITO REDACTO.  
Equidem ab initio constitutum nobis erat: per omnia feudorum genera percurrere, et quid in uno quoouis, nec non  
in casu, si agnati, et simultanei inuestiti, ante subhastationem, residuum sibi expresse reseruauerint? aut alia pacta, uel cum, uel sine consensu domini directi, uel cum, uel sine  
iuramento, ut agnati in hac pecunia succedant, accesserint? &c. Imprimis denique, quid in feudis Lusatiae Superioris, hoc in casu obtineat? latius excutere; Sed enim  
uenero cum materia inter scribendum, praeter intentio-  
nen, nimis excresceret, has, et alias huius materiae  
quaestiones, alia forte subnata occasione, Divina  
fauente gratia, penitus peruestigare,  
pollicemur.

## CORRIGENDA.

pro allodialiali p. 5. §. IV. lin. h. §. II. lege allodiali. pro L. XXVII.  
p. 10. §. IX. lin. h. §. 16. lege LXXVII pro minima pag. II. lege mi-  
nimas. pro P. II. qu. XXVIII. n. 55. p. 17. §. XX. lin. 10. & II. leg. L.  
II. qu. XXVIII. n. 15. pro O. P. S. R. p. 17. §. XX. lin. 15. leg. O. P.  
S. V. pro debeta p. 20. §. XXIV. lin. 12. leg. debita. pro et p. 22.  
§. XXVII. lin. 14. leg. ut. pro tradantur in Progr. lin. p. 9. 30. leg.  
traduntur.


Quæ, omni licet adhibita eura, tamen irrepserunt, quæq; B. L. nec  
non commata, si forte inter imprimendum justo loco nequam  
semper fuerint inserta, pace sua, corrigere haud gravetur.



56.



B.I.G.



DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup> IN AVG<sup>V</sup>RALIS JVRIDICA

DE

RESIDVO PRETII  
EX FEVDO OB DEBITA  
FEVDALIA SVB HASTA VENDITO

QVAM EX DECRETO  
MAGNIFICI JC<sup>T</sup>ORVM ORDINIS IN ACADEMIA VITEMBERGENSI  
PRAESIDE

GODOFREDO LVDOVICO  
MENCKEN JC<sup>T</sup>O

PAND. PROF. PVBL. COLLEGIORVM, QVAE VITEMBERGAE  
FLORENT, JVRIDICORVM, NEC NON JVDICII PROVINCIALIS  
IN MARCHIONATV LVSATIAE INFERIORIS

ASSESSORE Etc.

PATRONO ET ST<sup>V</sup>DIORVM SVORVM PROMOTORE  
AETERNVM COLENDO

AD D. VII. MAJ. MDCCXXVIII  
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA CAPESSENDI

PVBLICE VENTILANDAM PROPONET

HENRICVS GOTTHELFF SCHMID

J. V. CAND. ET ADV. LOCI.

VITEMBERGAE, EX OFFICINA JO. LVD. FINCELII.